



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 53. Felix Basileam redire detractans

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

convocaturum Clericos, eosque ad acceptandas, quæ causis Ecclesiæ multum proficuae essent, propositiones compulsurum, ea tamen lege, ut illi ad se legatum decernerent. Placuit Basileensibus Ducis consilium.

Sæcul. XV.
A. C. 1443.

§. LIII.

Felix Basileam redire detradtans.

Sub idem tempus Felix in graves adversus Basileenses prorupit querelas, quod, antequam ad Papatum vocaretur, promississent, se ad solemnes legationes necessarios sumptus suppeditaturos; cum tamen nullatenus hucusque datam fidem liberassent, & ipse ad filiorum suorum hæreditatem infumendam coactus fuisset. Cum vero ex illius absentia multum auctoritati Concilii decessisse videretur, Basileenses eundem rogabant, ut Basileam rediret, quibus ille reposuit, se propria edoctum experientia scire, longe melius Ecclesiam Lausannæ, quam Basileæ gubernari, multosque eum ibi convenire, qui tamen nunquam Basileam ituri essent, ac propterea firmo constituisse animo, deinceps in dicta urbe permanere.

§. LIV.

Italorum vota de Synodo Romæ celebranda.

Alphonfus, Veneti, Florentini, Senenses, aliique Italiæ Principes ad Cæsarem